



**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri  
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

**Sadoleto, Jacopo**

**[Francofurti], 1607**

Iacobi Sadoleti Episc. Carpentoracti Epistolarum Lib. VIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

verò mi Sadolete, quem à nobis maximarum & grauissimorum  
artium studia, in quibus iam pridem magna cum laude vesti-  
ris, abducunt, isto tuo sic fruere olio, ut cùm te preclarissime  
ingenij monumentis ab omni posteritatis oblitione vindicar-  
is, nonnihil etiam memoriam nostri conferuandam punc-  
tuale. Roma Idibus Iunii.

IACOBI SADOLETI EPISCO-  
CARPENTORACTI EPISTO-  
larum Lib. VIII. Epist. I.

REGINALDVS POLVS IACOBO S.  
doleta Epise. Carpent. S.P. D.

**R**ATIAS tibi agam prius [ita enim rerum ordinis] mei officij ratio postulauit; deinde ad mandata conuertar. Neq; verò illa soium in eadagendum-  
tias impellunt, que tu in me presenti offensu-  
culisti: cum me domo atque hospitiu[m] tuae laudes  
acciperes, cum animum meum, tui congregatus cupidissima  
eruditio illo & pleno grauitatis sermone retinere & plane posse  
res: atque maximis de rebus querentes & hesitantem, cum  
profus serpulo & dubitatione liberares. Quis quidem quoniam  
in mente reuoco (reuoco autem sepiissime) quod de Platone  
cena dixit Timotheus: cùm ab eo inuitatus esset, & cunctis  
stero die vidisset, cenas Platonis non modò in presenta,  
et in posterum quoque diem esse iucundas: idem ego multo  
lixius de tuo holopito dicere possum. Non modò in presenta  
fuisse iucundum, sed in aliquo menses iam fuisse, atque ita  
ut spero, in multis annos futurum. At verò cùm a tua conuic-  
tione, curus ego suavitatem tum primum quasi gustare exspecta-  
tam citò dirimi, ac tanto locorum interruuio disiungit, ambi-  
nè molestè ferrem, cùm nec mihi tum integrum esset altera  
cere, rationibus meis sic ferentibus, & in hec loca penè tradic-  
tibus: ne huic quidem dolori meo defluisti. Inta cùm a te  
est, quemadmodum eo quo tantopere delectabatur, nō solum  
que priuare. Sed ut te etiam absens aliqua ex parte fruere, a  
iuncto mihi eiusmodi itineris comite, qui te mihi quondam  
debar, qui iucundissimos tuos, & grauissimos sermones sine  
termiffione referebat, nec fanè intermori eam, quam ex qual-  
tudine tua voluptatem ceipi, vlo pacto hucbat. Quis enim

sum melius exprimere potuit, quam tu, quam scripta tua, quam  
liber illerius quem per me Bembo reddi voluisse in quo pruden-  
tia tua, grauitas, doctrina, quibus maxime delectabatur, clucent.  
Hinc certe mihi comitis loco accepi, qui non modò mihi in-  
fatuat, pro vehiculo fuit, quod de secundo comite dici solet: sed  
in longo rotis vice cursu, in quo maxime, & periculosissem la-  
borant, & vehiculi, & ducis locum facilè obtineret. Ex quo qui-  
dem hunc primo aspectu voluptatem cepi: quod mihi cogitatio-  
nem omnem de eo in quod ingressus eram itinere, impedito fa-  
cile deolesto, abfultit, meque totum in contemplationem pre-  
clariorum illius itineris abduxit, quod te duce & monstratore, ad-  
ducunt ad laudem & decus tendenti, certum & gloriosum pro-  
ponebatur. In quo quidem valde delectabatur, cum quasi oculis,  
in animo cernentem, te grauissimum & prudentissimum senem,  
te peium gubernatorem, guaram & locorum & maris, fide-  
rumque & temperatum omnium, sic animo prouidum, sic omnia  
penitus longè lateque perpicientem, ut nihil non prediceres ac  
picias, quod vel impeditam preclarorum cursum, vel in pe-  
nitulum adducere posset. Qui non cuius adolescenti, in vulgi  
monib[us] educato, vulgaribus parentibus orto, & qui filiorum e-  
ducationem in postremis habent, te ducem profitearis: sed il-  
ligenab opimus parentibus, penè antequam in lucem puer ede-  
rent, huc tam preclarar expeditioni fuerit destinatus: cuius e-  
ducationi natura non obsistere, sed suas dotes benignè largien-  
do, fauientes spondet. Qui ab incububilis sic eductus, sic li-  
bris & moribus formatus fuerit, quemadmodum est à te sanctifi-  
cum & prudentissimum prescriptum. Hunc vero, talēm cū tibi  
spécies orationis formalis, vel potius natura sic formatum, & pa-  
tentum votis huic rei destinatum, cū Paulum tuum accepisti,  
quid non voluptatis mili pregbuit, preclarus ille quem recen-  
ses, in eo instituendo apparatus? Deinde cū ex puerili insuffla-  
tione, tanquam ex angustiis eum abduxisses, & in larum illud,  
quod adolescentis institutioni quasi pelagus patebat, abduxisses,  
tam hanc maxime delectabatur, cum te secundissimo illo orationis  
euipennis eloquentia velis, ita omnes artes doctrinasque per-  
currentem videre, vt cū nihil tibi tum aliud propositum es-  
set, anī ad eum artium sedes & loca, vbi ad tempus insufflam-  
sus, atque ad maiora & veteriora tendenti commorandum es-  
set, monstrares: ea tamen sic oratione illustras, sic artium sin-  
gularum vires & virtutes explicas, vt propè monstrando in ea-  
rum iam possessionē mittere adolescentem videaris, atq[ue] eas re-  
culenda tradere. Hęc certe magna cum voluptate contempla-  
bi sed quid magis me delectabant, eō fanē quidius expectabam,

qua

quo tandem preclarum istum cursum, quem tanto apparatu  
stiruisti, diriges: quem tibi portum proponeres. In qua cip-  
tatione statim se mihi in conspectum obuiuit philosophia po-  
tus, quod te velis remisi: properare, atque illic paulo post  
minus tuum relinquare videbam. Preclarus ille quidem, &  
omnibus aliis portus preferendus, si antiquis illis Arifontis  
Platonis temporibus, vel etiam si recentioribus M. T. Cicero  
hic cursus abs te institutus fuisset, aut si i) gubernatoris ad-  
secerit tuo contigissent: nec enim illi profecto alium elegi-  
ne facile cum aliis rurior vel commodior reperiri potest.  
cum his felicibus temporibus cursus institueris tuum, quod  
ut multi terrarum noui tractus, insulæque & portus antiqui  
incogniti, inuenti sunt: pluribus eorum qui antiquius cele-  
erant, vel mari obrutis, vel vetustate confunduntur: sic etiam an-  
morum portus multò tutior & tranquillior, Deo ipso, & eodem  
Dei filio duce & inuentore nobis aperius sit, quem antiqui igno-  
rabant. Cumq; Sadoletus ipse, qui in hoc cursu gubernatoris  
cum obtinet, etiæ appulsus quidem ad antiquiorum portum, nō  
men preteractus sit, nec diutius ibi commoratus, quam vi-  
cessaria sibi inde sumerat ad reliquum cursum perficiendum:  
hunc tandem, qui à Deo filio monstratus sit se receperit, videtur  
summa cum animi tranquillitate & securitate viniti quid circa  
non Paulus ruus meritè tecum conqueratur, si in alieno & in  
dó iam portu cum relinqas, cum te ipsum in optimo & mis-  
mo collecaris? Ego certè illius verbis tecum expofulare nō dis-  
bitabo, si iuuenem omnibus vel natura dotibus, vel doctrina  
præsidii tua opera instruēsimus, & planè tales qualem a  
parentum votis expedendum proponis, fluctuantem iam in phi-  
losophia portu reliqueris: que ne portus quicquid iam nomi-  
nata sit: sed vt de Tenedo dixit Poeta, Nunc tantum sumus, &  
statio male fida carinis. Atqui non nobis tantus iste in eo ede-  
cando apparatus, nec preclara ita tua institutio, tales nobis  
promisit, qui precepta tandem viuendi à Philosophis petent  
aut qui animi securitatis causa in illorum portum contingentes  
cesserent habere: sed qui vel principibus ipsius Philosophorum si im-  
reuiiserent, nouum & præstantius viuendi genus offenderent  
quo illi nunquam aspirare potuerunt. Sapientiam autem & ani-  
mi tranquillitatem longè aliam, & aliunde quam a philosophis  
preceptis petendam, tanto præstantiorem & diuturniorem &  
quam philosophia promitteret, quantò humanis prestabilito-  
diuina sunt. Quare age mi Sadolere, noli promiso tuo, in  
iuuenie instituendo satisfactum putare, si eum ad philosophi-  
mites perduxeris, aut etiam si philosophiam ipsam integram me-  
dideris. Solus inde oportet, neque unquam desatigere, docere  
in b

in sacrum eundem portum, in quo tu ipse summa cum animis  
tranquillitate viuis, illum perduxeris. Nec enim conuenit tam  
prudenti educationi, & illi quem omnium opinione, heredem  
virtutis & sapientie tuae es relicturus, in alio quam quo ipse ta-  
bernaculum vite posueris, portu conquefcere. Haec ad te ver-  
bois scripsi, vel tuo imperio obsequuntur, qui nre etiam de illo  
ru libto, quem satis admirari non poteram, quid sentirem ad  
te scribere volui, vel meo in sacras istas Musas amori satisfa-  
cien. Quas abs te illaudatas & tacitas preteriti, cum reliquias o-  
munes artes & disciplinas dignis preconis ornaris, vix aequo ani-  
mo spectabam. Vel eriam quod Langgo nofrro, cuius liberis in-  
stutuendis iste abs te labor precipue sumptus sit, hoc imprimis  
gratia fore non dubitabam, si quod in philosophia & reliquis  
aribus facis, vt singularum laudes attingendo, ad earum stu-  
dium adolescentum animos erigas, idem in Theologia facere  
non neglexeris: in qua reliqua omnes, vt in oceano flumina, se  
immerget solent, & debent. Et certe conuenit, ut quae te ipsum  
maxime ornar, & indies magis magisq; ornatura est, cum de iis  
disciplinis ferme sit, quarum cognitio humanos animos colit &  
perennat, et laudem haudquamque silentio inuoluas: presentum  
cum ad Langgum scribas, quem scio, quoties e negotiorum flu-  
ctibus, quibus in aula verlantie iactari necesse est, emergete licet,  
in nullo libertus, quam in Theologia portu conquefcere. Sed  
tunc loquacitati ignoces, qui cum sancte adiuvare possim, me  
his quatuor annis non tantum quidem Latinè legisse, quantum  
nunc ad te scripsi, Theologorum libris auocatum, quos tamen  
in genere Latineorum scriptorum non ponio: in hanc insolitam  
Lanu scribenda loquacitatem eripi. Sed vt loquendi tecum, sic  
etiam scribendi ad te, quo cum absente quasi loqui videor, dulce-  
do quædam me longius ultra epistolaris fines prouexit. Cui tu pro  
tua humanitate ignocas oportet. Nunc ad tua mandata venio.  
In quo eo brevius ero, quo, uicior amihii scribenda reliquerunt  
corum litteræ, ad quos mihi mandata & literas dedisti: quas iam  
spiro ad mas rescriptas te habere. Omnes enim receperunt, post  
paucos dies, quibus id commode facere possent, se tuis voluntati  
elle inservit. Bembi vero literas cum his ad te mittit: quem  
cum Venetiis salutarem, ei q; tuas literas vna cum libro darem,  
quoniam per delectaretur de te, & de tuis studiis audire, pro vestra  
commodissima necessitudine, facilius est tibi existimare, quam  
mihi scribend. Veronensi vero Pontifici, quem Verona salutauit,  
cum tuas literas tradidit: qui me unum diem apud se detinuit,  
cum nullus penè nobis sermo esset, nisi de te, & de tuis studiis:  
cum sepe se valde dolere offenderet, suauissima consuetudine  
tu, propter locorum interuallum, quo disiuncti estis, se priuari.

M Lazz-

Lazarum tuum Pataui offendit, cui etiam tuas literas tradidit  
cum ad me salutatum humanissime venisset. Omnes vero isti  
ista animi tranquillitate & ocio gratulantur: ex quibus tam pa-  
claros foetus oriri, & prodire in utilitatem publicam videantur.  
vt tibi perpetua sunt optant. Egredi: imprimis, qui non minus pa-  
claros sciam te iam parturire, his qui a te iam sunt in lucem uti,  
hoc idem optare non definam, partumque felicissimum operari.  
Vale. Venetii, IIII. Cal. Novemb.

I I.

I A C. S A D O L E T V S E P I S C. C A R.  
Reginaldo Polo S. P. D.

**L**LVM primum cepi ex literis tuis fructum, quod cognovimus  
his manu tua scriptis, te valetudine bona iam vix: de qua  
ram mehercule aliquot ante diebus non parum solicitus, cu-  
Thomas tuus ad me Auenionem scripsisset, te in eum morte  
quo hic laborabas, Venetii denudo incidiisse: nunc tua multis  
oprate literae omnem mihi huiusmodi de te merum & sollici-  
dinem meam penitus absferunt. Confido enim (que tua ter-  
perantia est) hanc nuncium valetudinis tue, & lexitiam quan-  
nos ex eo capimus, diuturnam nobis fore. Alter autem fru-  
ex tuis literis non tam forrasse necessarius, quam hic de quo  
xi, sed certe ad voluntatem animi aliquanto vobius: quod qua-  
rum tu me ames, & quam de me honorificenter sentias, ex eis  
planè literis perfexi. Etiam mehercule ciusmodi tu sis, que-  
doctus, quam humanus, quam elegans, quam dignus quod ab  
mni his ameris arq: colaris, qui virtutem, & comitatem, &  
primum sibi morem esse colendum putent. Sed quae tu ad me  
me ipso scribis, in quibus iudicium tuum est de me cum singulari  
benevolentia coniunctum: omnia sunt eiusmodi, ut cuius im-  
enti facile appareat, amantis illa ceteri hominis magis, quam in-  
cantis. Et si enim tu hac ingenij quoq: & sapientiae laude mun-  
ornatus es vt possis commode indicare de altero: tamen id que  
tibi esse impedimento, quod plurimis officit, vt amore inducit  
amicorum carius aestimes, quam quanti illa sunt, minime er-  
randum est: preferimus cum natura humanitatem habecas inge-  
nio & prudentia non inferiorem. Misi quidem, cum ea que me  
tribuis, nos continuo agnoscenda esse videantur, libenter illa  
refero & conseruo ad amorem: quo fanum datur charus tibi in-  
dusq: sim, satis tuo iudicio me ornatum esse puto. Non enim mo-  
diocris est opera, neq: virtutis, tali viro qualis es tu, tantoper  
placere. De te vero, mi doctissime arq: humanissime P. ole, fide  
zero quae sentio, nunquid tu illa certo iudicio, ac benevolentia

In temere ascripturus? Utinam quidem possem verbis omnia completi, que mihi de te in animo insita, penitusq; affixa sunt: non verecū nimirum amantis sufficione. Sed si hoc non quoce, quod meos eloquendi, exprimentiq; conatus, tuorum ornamentorum copia obtruit: illud quidem dicam quod in promptu est: vige eo me aspectu, sermone, sanctissimis tuis illis, & modestissimis moribus, suis captum: ut nunquam postea mihi ex animo nostri illius congregatus memoria excederit. Quanquam enim perspicendi eui penitus, ac fruendi exigua mihi potestas fuit facta, propter subitum à nobis discessum tuum, qui mihi meritis non minus reliquit, quam tuus letitia aduentus rulebat: tamen vita cursum tuæ mecum ipse considerans, & summorum hominum testimonia, qua tibi sepe egregia apud me ab illo data sunt, cogitatione mea reperens, quibus praesertim testimoniis brevis illa mecum congregatio tua apprimi fidem fecisset: talente in animo gerere copi, qualis profectus tu es. Neque aliter hanc poteram, quam cum, qui & nobilitate domi, & fortuna amplissimus, cognatos, familiarices, patriamq; reliquistes, & cum flagrante studio atq; amore artium optimarum, ex virtutis oboe terrarum regionibus illarum adipiscendatur causa in Italiam se contulisset: ibique annos complures commoratus, ita se dediles familiaritatibus amicitiasque doctissimorum ac praeclarissimorum hominum, ut illorum omnium iudicio immissus dignus ipse haberetur, quem & propter fidem atque integritatem vite venerantur omnes, & propter ingenium dominiamque colerent: hunc ego (inquam) existimare alium non possum, quam summum & singularem virum: hominemq; ceterummodi, qui nos sita qui pendimus & indicare aliquid possumus, non benevolentiam modi, aut honorem taciti, sed omnia cultus & officij aperta & perficu studia deberemus. Accesserunt itera tua praeclare testes ornamentorum tuorum, atq; amoris summi erga me rui: que me totum tibi addixerunt. Quam illæ humiliter lecpta? quam eleganter? quam argute? nihil ut ingeniis luminibus his que in eis plurima eluent, nihil ut præclaris effigie patatis tuae, ac religiosis erga summum Deum, quae in illis expella est, fieri possit illustrius. Et tamen tu is cum sis, qui alcios domum ingressus, intras tecum feras letitiam hospitiis tuo, neque honoreni: agis mihi per literas gratias quodd te domini me libenter accepserim. Quasi non maximo mihi ornamento fuit aduentus tuus, & voluptati sermo atq; congregatus. Aut tu plus ex me, quam ego ex te, & ex sermonibus tuis, adeprus fuisse & suavitatis, & commodi. Ast ego tuum illud confitum fidei & sapientiae nunquam ē memoria depono: cum tu mihi duabus, quodnam genus potissimum sequi studiorum deberem,

M. 2. &amp; que

& quorum autoritati atque opinionibus assentiri: quod eram qui alia mihi studia quedam, & diuersas scribendi rationes proponerent: fiduciter & promptè consulnisti, vt ea precipue fideliter studia, quorum fructus in hac vita non solùm, sed in omnem ternitate integri manere posse. Quo ego responso maxime ductus sum, vt me literis sacris totum dedendum putarem, a qua eram iam quidem sponte mea propensi. Similiter intelligentiam, & virtutem, & religionem tuam admiratus sum. Quicquid inter eos homines diu versatus essem, quibus hec studia ambi probabantur: atque eis artibus ipse instruxi, quorum video possum, eruditio, elegantia, ab his rudioribus (vt eximis) studiis abhorre: bonitate tamen natura, & ingenij vi, ac ceteris, am ponenda studia duceres: qua non preuentem modò fuauitam, sed multò magis rationem perpetuae virilitatis habeant. Sed quia ago: maioris ista sunt opera & temporis longioris quam ut in epistola comprehendendi possint. Veniamus ad literas. In quibus quid seribis, librum meum in via tibi pro vehicle fuisse, videlicet mediussidius id lector: quodque cum probas ac laudas, nihil videnter gratum (quid enim dissimilare est opus) Sed illud gratias tamen es, quod ex illo te intelligo memoriam & cogitationem mei crebrius aliquando & diligentius vobis passim: quoniam mihi quidem accidere potest optatus. Mandata mea, quae abeunti tibi dederam, diligenter te confice, neque humor (qui enim fidem & integratatem tuam) & te de ea re plutum debito. Accepitam quidem à Bembo meo literas, cum vobis ad quæ ab eo requirebam, in primisque & elegantibus & crudelium omnibus referatas officij ac benevolentia signis. Expofunditionem tuam qua vteris mecum, quod locum Theologiae in numeratione earum artium, quibus recta infinitio adolescentiae continetur, nullum dederim, sed in philosophia totum humanum constituerim: sic accipio mihi Pole, vt in omnibus rebus. Etis atque factis tua animi virtus, Deo dedita voluntas velim, menter mihi proberet. Sed ego primum nominatum de Theologia nihil dixi, quod in philosophia nomine continetur. Eadem Theologia (vt ipse nosti) apex quotidiammodo philosophiae & fastigium. Cuius tanquam magni cuiusdam corporis, cum plurima membra sint, ut ab Aristotele est perspicuum demonstratum quæ de Deo pars, & de principe causa perractat, sola propria digna est quæ philosophia nomine confeatur. Que eti altera tractata a nostris est, ac veteribus fuit: nam tunc philosophiam nunc appellari video a doctissimi & sanctissimi viri, Chrysostomo, Basilio, ceterisque. Deinde cum adolescentem sic inflatum, ut eum duntaxat deducam ad annum avatis quintum super vigesimum, post id autem suo cum arbitrio permittam: non pro-

sum mihi sicut conuenire, accuratius ad etatem illam de Theologia verba facere: cum hac ars vna atque scientia senectuti maxime & sedationibus annis apta sit. Et si precepta suscipienda regiomonti necessaria etiam iuuentur sunt, quemadmodum utique sunt: facta illa a me in eo libro, quatenus quidem ad adolescentiam pertinet, sunt tradita. Postremo, cum in Hortensio diffinitus est philosophia aetatus sum, camque in suas partes omnes distinximus, veluti de qua proprius ibi sermo habendum est: non dux eius dialogi ornamentum, quod in laudatione Theologiae vel precipuum futurum est, in hoc prius libro delibari conuenit: cum id iucundius tum futurum sit, si ad hominum aures accutus atque integrum accedit. Habet rationem eius praetextus meus, quam tibi cupio probaram eff. Certe enim ego quod indicauit esse congruentius, id fecutus sum. Et nunc quidem perdifficilis foret communratio. Plura enim mihi inuenienda in eo libro, vel totus porius liber alio ordine perrexendus esset. Verum de his fatis. Te amari a me misericordia, & coli, valde tibi perficiam effe volo: neque me magis appetere quiquam, quam vir meus erga te voluntatis tua mutuo voluntas in me amando respondet. Vale. III. Nonas Decembri, M. D. XXXII. Carpentoracti.

## III.

IAC. SADOLETVS EPISC. CARP.

Reginaldo Polo S. P. D.

Serius respondi tuis literis, quam volebam: quod accidit Spani imbecillitate valetudinis, qua eti⁹ grauiter me non oppedit, fuit tamen mihi ad scribendum impedimento (destillationibus enim molestis diu sum tentatus) partim quod irincentibus necessaria aliquantum tempus consumpsi. Ut vero primum operumas scribendi data est, nihil habui antiquius, quam litteris untespondere: præterim tam modestè, & tam eleganter scripsi. Summus enim tuus in illis pudor, & summa ingenuitas apparet. Sed quod tu multis verbis in illis disputas, existimare tecas ledes quas tibi tribuerim, vel ab amore profetas esse, quo mecum rusticum fallatur: vel si aliquid in eis iudicio sit dandum, ad eum intentum esse, ve non quia ei quinodi sis, sed vt talis sis, quod laudes ille te dignus esse videantur: iccirco illam a me predicationis virtus tuae dicas esse suscepitam. Facis hoc tu quidem quemadmodum cetera soles, ut omnibus in rebus quasunque agis, an loqueris, mos tuus rectus & liberalis eluceat. Sed ego scilicet me ab omni illiusmodi disputatione euoluo. Fatorum enim

M 3 planè,

planè, quæcumque dixerim de te, omnia fuisse amoris: sed  
amor à vero & integro iudicio profectus fuerit. Non enim que-  
te amauis, talem te esse existimauis: sed quia talis mihi es cogni-  
tus, iecito amor nō à me suscepimus fuit. Atque utram mihi pos-  
tam facile mihi esset omnia explicare verbis, quæ ego detinio,  
quam facile est ea quæ dixerim, præstare. Verum hæc huius:  
non enim postular in tua nostra benevolentia huius gue-  
ris longam orationem. Illud mihi iucundissimum exquisitum  
accidit, quod cognoui tibi esse perspicuum, te a me amari quidem  
facere mihi necesse est, aut omnis penitus abducens  
est humanitas. Quod enim tantum in amando est potest am-  
stadium, ut non id virtus atque amabilitas tua longe superet: non  
quidem animum aduersus me, & benevolam plenam fideli & cel-  
stantiæ voluntatem, ita contingent mihi ea que volo, ut omni-  
terum habeo carissimam. Quare nil restat, nisi ut paribus utrius-  
officis amicitiam excolamus, quod ego & de me, & de te quo-  
polliceri possum. De iniuria quam a me videris Theologie in-  
factam, satis me tibi esse purgatum arbitrabar. Verum quoniam  
instas denuo, & vrges, dabo operam, ut tuum ad arbitrium per-  
illi satiasiat. Tu modò, quod bonorum est & prudentium ins-  
ciuum, ita tabellam suspendito, ut in re non liquida nullum  
nocentia præjudicium afferaur. A Thoma tuus accepti litera  
homine tua familiaritate dignissimo, & eis studiis in quibus  
quotidie versatur. Ei tu multam meis verbis salutem: itemque  
teris, quos nobis amicos esse fecis. Paulus febri laboravit plu-  
los hos iam dies: ei tamen melius esse incipit. Itaque spe ban-  
de illius salute sumus. Is si valuerit, non defuerit officio ten-  
bendi ad te, tui certè memoriam (ut debet) summa cum tute  
benevolentia & conseruat. Vale mi Pole. Carpent. Prædic. Ia-  
ulij M. D. XXXIII.

## IV.

I A C. S A D O L E T V S E P I S C. C A R P E N T.  
Reginaldo Polo S. P. D.

A Ccepimus plenas officij & humanitatis literas, omnem  
in illis probi ac præstantis ingenij tui, & pristini erga mea  
moris imaginem penitus recognoui. Quoxam vitrumque quan-  
faciam, nihil attinet nunc me scribere. Vero que quidem cetera  
ita delector, ut nihil mihi accidere possit opacius, quam ne  
abs te tali viro diligam. Sed quia a te de prætermissole officij sa-  
pta sunt, quodque in eo videris reveri, ne aliqua abs te capta  
suscepta fuerit, amabo te mi Pole, sine ea ex mutua nostra  
benevolentia penitus sublata. Non enim recipit amicitia nos-  
fusca  
tra. ac  
omn  
uent  
Equid  
cule m  
ia del  
non re  
anglat  
fatuom  
tum liv  
percep  
languo  
percep  
nam  
equall  
qui ma  
non te  
re. Qu  
ingenu  
tibus a  
non do  
decep  
louer  
bus pa  
de po  
vocat  
quide  
geant  
Vad  
Quo  
& me  
ad fa  
fum  
me  
logia  
piale  
Vito

fulgures huiusmodi: nec tu peccare prætermittendo officio poteris: ego animum tuum aliter atque est interpretari. Quem cum officio sum & amantissimum mei esse cognoscam, non excentris tua milia voluntas, sed ipsa per se & sua sponte spectata est. Eadem deflerauit non nunquam tuas literas: neque id mehercule iniuria: quid enim est illis quod me deleat magis? Verum ita deflerauit, ut ego illa me voluptate carere molestè ferrem: non ut officio aut amicitia deesse arbitrarer. Cui tamen mea aliquando intermissæ volupcati sentio nunc à te cumulatè satisfactum esse. Causa enim putes, quicquam mili accidere potuisse tuis literis dulcius. Quæ cum totæ vndeique, tum illa me ex parte præcipue declarunt, qua tu Socratis nimirum & urbane executatores tibi non scribendi ab oratione inopia & exilitate repetebas, qui rotus elegantis ironie locus, & vultum mihi & animum suum hilaritate alperit. Oblecto istosne tu riuulos squalentes & aridos, aut tenui aquila interdù fluenteis vocas, qui milita e cuncte viis sunt abundanter & largiter, ut appareat, non temere, sed libertimum & sudentem perennem fontem illa fundere. Quoniam hoc quidem de te mihi iam dudum persuasum habuimus, que concipiueres, omnia effecturum esse. Notum mihi erat ingentium, nota virtus. Ardor autem ille, qui animis prestantibus ad appetendas res magnas comes adebat soler, nihil mihi non dete vel maximū policebat. Sperauit itaque fore, nec sum decepitus, ut tu ad istam ipsam, in qua nunc insistis, doctrinæ & eloquentie coniunctam laudem peruenires. Quapropter & gaudet pro amicitia, & tibi gratulor. Illud aliquantum egre fero, quod videt qualiter video, hec a te ipso ornamenta contemni: quæ meo quidem iudicio tantum sunt, ut sine his constare ne illa quidem recte queat, que tu omnibus antererenda iure optimo putas. Quo de genere quoniam bis iam a te sum lacesitus, tempus non alienum visum meum tibi sententiam breuiter exponendi. Sacrarum rerum studiorum, & disciplinarum tibi placet rebus ceteris anteponi. Quod ego quoque tecum una confiteor. Cur ergo in artibus reliquis, & nam in philosophia, tempus conterimus? Quia nequimus ad hancum fine fundandum, & siq[ue] parietib[us] peruenire. Quid illa quidam curanda nobis sunt, ut non in uno illo ipso, quod oportunit, omnia nostra studia ponamus? Ad quod dicendum est, dilectionis patris familias totius domus tutelam & procurationem, ac virum duraxat partis gerere verum ita totius, ut portifex queat, in ea diligenter carentur partes. Et quoniam de domo & de edificatione metionem fecimus: quis non videat, Theologum, quatenus insipientis ratione & genere reponatur, sine philosophia state ipsam per se, & se sustinere non posse. utrunque vero minus aperte munus tueri suum, si a copia & facultate discesserit.

di deseratur? At enim mundana ista sunt, & celebritatem ex laudariunculas accipiuntur. Sunt enim nonnulli usque adeò rudes, ut hoc quoque homines bonarum artium omnibus consentur obijcere. Quisvis ergo merces externa ingenuos moueat animos, parumque in fructus voluptatisque sit, cum qui quid facit, ut id aptè ac vere sit, & sine labore illa maculaque efficiat. Nam laus quidem adiutoria res est, & in aliorum potestare sit: ad quam qui primo præcipue contendunt, iij non vere, neque ex animo bonis affectibus, sed per simulationem dant operam. Omnis autem ingenuus virtutis actio præmium ipsa sibi in se continet, si ad perficiendam speciem sui queque generis perducatur: ipsaque rerum generalium pulchritudine contenti sumus. Quod si decor ab oratione remouendus sit, cur non idem etiam à moribus non ijs dico quibus inefl virtus, quæ ipsa quoque non alio fructu & emolumen-  
to, quam suo decore spectata est: sed de eis loquor moribus, in gestu & omni motu corporis, ipsaque vocis atque vultus conformatione liberali, bene institutos homines ab agrestibus discernunt. At eft quisquam qui reprehendere iuvet querat, quod seruus coram domino suo non modò fidelis atque frugi, verum etiam sine forde, cultu honestiore corporis studeat apparet: iam ista ad summum boni adoptionem minus necessaria sunt. Ne sint adiuvant certè, hocque saepe efficiunt, ut multi ad illud experendum procedant comitatores. Et sanè videndum est, si cum cedamus amputemusque carera, & tantum quod summissum necessarium relinquamus: ne dum diuinum volumus plane fratrem humanitatis partem nullam teneamus. Sit modò nobis hoc etiam, quod vtique esse debet, ut omnia, in nobis si qua meliora sunt, accepta Deo penitus referamus: eaque ad ciuidam vniuersitatem gloriam conferamus. Hoc animo qui fuerint, cum in ijs quod sufficiunt actionibus, rebusque quas gerent, summae sibi dignitatē operis proponent, summanque pulchritudinem, inquit, eam amore & studio incitati ferentur: non enim in his talibus pertinet, quod inani laudis cupiditate deducit, à summo bono deficiant. Itaque ego & liberalibus arbitris, quoad in illis nos, quantum proficiamus, non penitus, & imprimis philosophiae operam dandam puto, fine qua (vt dixi) nec Theologia quidem confat. In qua quid seribus te ita tempus omne confondere, ut ad ceteras artes atque scientias nihil spati tibi ne respectandas quidem relinquatur, non satis plane intelligo quid dicas. Patieris autem me pro nostra familiaritate, & mea ac tua nature ingenuitate liberè agere tecum. Non intelligo, inquit, quid hoc tantum tuum sibi velit studium. Nam si ea tamen nobis percipienda sunt, quæ ad creditatatem nostram, & fidei

end

endam de Dei clementia & benignitate erga nos pertinent: ea sunt nobis, nec multis, nec obscuris, sed claris & illustribus literis ita compendiosè tradita. Liber enim Euangeliorum omnem viam & rationem nostra salutis continet. Si vero explicanda illa vobis sum, & enucleatus tractada: an te plus in eo tibi ab infinitis voluminibusistorum, qui exatia nostra propinquiores, omnino referuntur in conditis libris, & litigiosè scriptis, quā à Paulo, & lege veteri, & à prophetis opis latum iri existimas: Pauli libri sunt, nisi forme me fallit) in hoc à nobis genere perdisce- dide quos magna cum cura & attentione animi legere debeamus, si ad diuinarum rerum cognitionem cupimus aspirare qui non modo spatiū locumque dant lecititandis aliarum artium ingeniorum autoribus: sed ab ijs ipsi liberalibus studijs non exiguacipunt sue utilitas & dignitatis adumenta. Nisi forte effimamus, summos illos viros, qui primi hæc Christiana literis illustrarunt, sine comitatu optimarum artium tantos prot gelas in diuinis facere posuisse. Quo in numero Basiliūm, Celsiolum, Augustinūm, Hieronymūm suisse cognouimus. Sed de his laicis, vel fortasse nimis multa: Lazarum meū, cuum conmemoralem factum esse, motioꝝ, nisi mihi pergratum est. Quanquam enim corpore a vobis absum, animo tamen vobiscum cœnob̄oꝝ videtur mihi interdum quæstunculas vobisēum vna, & familiare sermones texere. Eum porrò ego ad philosophiae studiā animandum nunquam confui: quippe quorum ipse studio & amore imprimis teneatur. De Theologia quidem tibi affentior, nequam illum ad summum peruerctum mī, nisi ad reliquias facultates & disciplinas, quas multas magnasque possidet, hanc quoque primariæ artis, nobilissimæque scientie cognitionem aduocem. Cuius ego tibi in Hortensio attexam laudationem, utique quod patietur ratio operis, in quo ego nunc me assidue reuidenterque exerceo: speroꝝque propediem copiam me vobis faciū, que meas ineptias irridere possitis. Io. Petri Caratz Thess episcopi, doctrinam, sanctitatem, virtutem, notam habeo im dū, tamque in oculis fero. Galparum Contarenum ambo coloque, nec de facie mihi cognitum: sed de animi virtute, & de civitate eruditiois fama. Tu mihi gratissimum feceris, si virginaliter meis verbis plurimum dixeris. Contareno hoc amplius dictum mihi suisse hoc anno, cū essem Massilia, libra confiditum ab eo, in quo de optimo ciuitatis statu grauiter docteꝝ differatur: cum librum eupere vehementer me legere. Quid Superantius, homo ingenio & nobilitate præstantis, cū dilecedremus Massilia, pollicetus huius mihi se curaturum, vt exemplum ad me primo quoque tempore mittetur: cum ego obsumatur. Tu qui autoritate & gratia plurimum polles, si

M 5 effec-

effeceris hoc mihi, vt quod sine onere aliquo tuo & sine incompmodo fiat, cupiditati in hac re mos geratur meæ, magna indecunditate mediusfidius efficeris. Quod vt contendas & eminam magnopere à te peto. Vale. IX. Calend. Decemb. 1534.

V.

I A C O B . S A D O L E T . E P I S C . C A R P E N T .  
Iacobus Simonetæ Episc. Pisaurensis S. P. D.

**S**EMPER cognoui singularem in te prudentiam. Amorem vel erga me plurib. iam rebus etiam expertus sum. Sed crede mihi posteriores literæ tuæ vtriusq; rei certissimū testimoniu[m] mihi atulerunt. Nam & cū benevolentia confilium, & in consilio benevolentiam erga me tuam omnem ostendere. Itaq; ego, hominem nimbè timidus, qui ea quæ scriperam, curauerat etiam vt videtur isti ipsi quos contra videbantur esse scripta, vt corū iniquissimū in misericordia fortunas impetus magis refringentur, cum me non periculi mei cogitatio, sed officium & pietas imprimis mouerent. Ut primū literas tuas legi, statu[re] illæ nefas, non parer sapientissimi atque amicissimi homini autotati: verusque fatus proœmiū, atque omne argumentum alia quædā ratione explicauit. Quod ipsum, librūque totu[m] una inscripsi, atq; misforni summa virtute ac omni dignitate ornatisissimo Federico Fregoso Archiepiscopo Salerni, quocū magnus mihi fusus, & omni officiorū summa necessitudo intercedit, qui nūc in Italiam proficisciens, Venetijs imprimentum curaratus est. Quod si mihi librariorum copia fuisset, libenter tibi illū antē legendum missum, fuisq; effem tuo potissimum iudicio: cui plurimum profecto tribuo. Sed in summa inopia & difficultate corū qui describeret, feci quod necesse fuit: statuque esse cōmodius ad plurimorum manus eū celeriter deuenire, quam ad unius sero. Quanquam unus tu mihi pro plurib. sis semper futurus. Sed ignolces felicitationi huc mæ, multis enim de causis properauit vt ille liber quæ primū in publicū exiret. Tu tamen sic cum legitio vt si res in integro sit. Multa enim alia paro ac meditor, quibus accurate perpendicularis atque examinandis opportuna semper mihi futura est doctrina & admonitio tua. Sed hec haſtent. De honore quo quod ad me modeſtissimè atque humanissimè scribis, ferme me hunc ipsum honoré quo prædictus sum, multo grauorē illustremque putare, posteaq; tu ad eundem es vocatus. Facit n. tua ex tua virtus, & prestantis in omni iustitiæ laude integritas, ut nullus honor tantus sit, quem tu dignitate personæ tua ornare ampliæ carque non possis. Sed hec quoque, que longiore desiderant oratione, in aliud tempus reiecienda sunt. Tu valebis, & nos dilig-

## VI.

IAC. SADOLETVS EPISC. CARPENT.

Hieronymo Nigro, S.P.D.

Tas literas accepi XV. Calen. Aprilis ex Urbe datas: quibus  
 magnifice sum delectatus, sunt enim tota rhetorum, nec solū  
 dixerit aque eleganter, sed ab eo etiam scriptæ, cuius charissi-  
 mam habeo erga me voluntatem. In quibus qua de ruris & rerū  
 urbanarum statu ad me scribis, sunt illa quidem acerba & misera,  
 nec pollunt non dolore animum tantę rerū commutationis mi-  
 ferioria commouere. Sed tamen debemus aliquando esse viri,  
 & ea fortiter ferre, quæ mutare minimè possumus. Quam obrem  
 alia seimus, & quæ magis ad nos pertinent. Est autem imprimis  
 mihi Niger tibi granulum, quod cum ex rectissimis studiis tu-  
 is affectus es tuorum laborum & vigiliarum fructum, ut spe iam  
 certa ad immortalitatem nisi posses. Cuius diuino illo cupidita-  
 tis labore qui semel correpti sunt, quid mirum, illis si deinde for-  
 dena ita omnia que vulgo habentur amplissima & ad aliud vitæ  
 famosus genus? Obscurum in populo illud quidem: sed cœlesti  
 via imprimis accommodatum. Quod ego summa cum volupta-  
 te animi profideo & colo. Neq; verò arbitror maius mihi munus  
 Deo immortali potuisse tribui, quām hunc animi sensum vitæ  
 quædam, in quo illa tantum procurans, quæ huic offici &  
 muneri, quod sultimeo, propria sunt: quod reliquum est tēporis,  
 in eis studiis delectationibusq; consumto, quæ dignæ sunt viro,  
 qui quidem sit vir hoc est, qui actionū consiliorumq; suorū non  
 populari iactationem & laudem, sed Deum veramq; sapienti-  
 am constitutus sibi finem. Quocirca tibi facile credo affirmanti,  
 apparet e tandem vitam, mecumq; esse cupere. Noui enim o-  
 mnes sensus animi tui cum propenos ad quieti studium, tum  
 moderatione concordiaq; placatos, vt verè beatæ vitæ desideriū,  
 ista in te ceterarum rerum non corrumpat cupiditas. Quod scri-  
 bis autem quo minus ad nos, vt confitueras, accedere potueris,  
 corporis mobylum tibi prius, deinde itinerum pericula huius im-  
 pedimentis, sicut quam moleste fero. Sunt quidem omnia (vt scri-  
 bis) vñque ita perturbata, vt ignoret planè quo in loco potissimum  
 omnium confidendā sit. Sed si quod vñpiam vestigium remanet er-  
 iam nunc quietis & ocij, in his certè est locis, in quibus homines  
 natura magis quam legib; ad sedatam & tranquillam vitā aecom-  
 modari sunt. Vix audeo tibi exigua deferre, cuiusmodi sunt mea,  
 sed tamen qualiacunq; sunt, parata tibi semper non minus volui

eſſe,

esse, quām mihi: vī tibi habere hoc debeat persuasum, mansura  
semper apud me & fidem, & constantiam femei suscepit ergo  
benevolentia. Ego hic habeo eum Mūis rationem, verū dī  
mōribus iamque commentarium scripsi in Psalmmū nonagī  
mū terrium: quem cū legeris, cognosces, posse res sacras  
cū Latinā, ornareque perscribi. Non quōd id à me perfec  
tū: sed eius rei certe simulacrum quoddam est à nobis & imitato  
adumbrata. Hunc iam misi homini omni virrus & dignitatis  
amplissimo, mīhi que vetera amicitia coniuncto, Federico fr  
ego Archiepiscopo Salerni: qui nūc in Italiam proficisci  
librum Veneris imprimentum est curatus ab Aulano no  
stro, cui hanc me debere confiteor gratiam, si modō hæc gratia  
ac non onus potius & labor. Nam ipsius Federici homini libe  
dicatus est. In his ego nūc verborū cogitationibus. Literas col  
principē, ab his cū relaxo animū, refero me ad agriculturā  
obleclamenta. Habeo autem prædiū quadam ruffia, que  
strū quēmuis, qui cūtis urbani, delectare etiam possent. In hi  
suburbanis hortos, viriditate, ornatu, copia tam aquarū quā  
arborum lectissimārū in primis nobiles. Hos ego inuicī fit  
quens, capio quā haustus amonioris celi. Hoc enim Savonum  
est, sic didici ex eius schola. Quere ex eo, narrabit tibi quo id p  
atō fieri oporteat. Qui quōd vīuit, quōd falius est, quōd dī  
conscuerit, Democritio more rider & despici omnia valde mī  
hercul gratum est. Semper ille quidem amabilis. Sed nūc et  
iam magis, quod ex magna amicorum & iucundorum hominī  
turba nobis est penē solus relietus. Tu illi multam à me fatuē  
itemque ceteris, qui ex illa veterē nostrā iucundissima fodiā  
te sunt reliqui. Tu Vale, Niger, & nos dilige. Paulus mīhi & te m  
eribus, & in literis apprimē satiascit. In quibus tantos iam hacē  
processus, ut mīhi ipsi magistro sēpe fiat monitor, *πάλιν οὐδεποτέ διδούσθαι*, hoc in eo optimē quadrat. Ita confuso  
magno eum & familiā nostrā, & amicis omnibus fore ornamen  
to. Is tibi reddit salutem plurimam. Vale. Carpenter. XVI. Calend  
Iunij, M.D.XXIX.

## VII.

HIERONYMVS NIGER IACOBO SADOL  
leto Episc. Carpenter. S.P.D.

SATIS non fuerat, me ē naufragio illo emersum, ad patrum  
slittus ad natassę, nisi ad spectando deflagrare virbis cinco  
rediūsem. Sed is est rerum status, atque ea totius Italij calamitas,  
vt nullus sit angulus, in quo noui aut hostes seuant, aut Tyranni  
dominenrū. Quare hāydi iniuria gratulandum tibi est, quib  
10

in tanta tempestatibus, sis propè vnu in portu: fructusque vice  
perciplias eos, qui a sapientibus viris maximi, iucundissimique  
habent. Quem fanè porrum & exoptati ipse semper, & tu, quæ  
nra et beniguitas, commuuen mihi esse voluis. At nescio quo  
petram ad suum aciem, cursumque dirigentem, reflantes venti  
repelant. Quum enim recuperata valetudine ad te profici  
flauifem, cognoui, mare Ligusticum hostili classe, Cifalpinam  
omnes Galliam Hispanorum praefidius teneri. Omnes denique  
aduersus ab eo armis occupatos, interclusosque es, ut ne Dedalus  
quidem (quod aiunt Poëtae) turdus istuc aduolare potuifet. Ita  
que Roman veni ad V. Idus Febru. adductus potius patriæ ta  
do, quam deidero Vrbis: Multa enim erant illic, qua me mo  
lelia adficerent, cùm priuata, tum publica. Nam etiæ nostra illa  
regio & natale solum, loci natura, atque humana ope munif  
fima est: omniq[ue] feditione, & ciuii vacat discordia: ad hæc ni  
hil debet, quod ad communitatem vietus, & ad urbanae vice  
splendorem pertinet: sustiner tamen diuturnū & grauissimum  
bellum, quod exanimato arrario, vectigalibusque diuenditis, pri  
uatum fortunis geritur: nec ordini quidem nostro parci  
tur, nouo more, & ne quicquam reclamante Pontifice Maxi  
mo. Quid fanè incommodum nota tibi exilitas mei sensus ferre  
non poterat: præterim quum rata non fuerint beneficia, que  
Pontifice Maximus in me olim te fauore contulisset. Quām ob  
tem dixerit hic, eo scilicet animo arq; consilio, vt cum primū  
pertinuitis bellicos istuc liceat profici, utar liberalitate tuae  
tecnique fruar isto orio, nisi tu forte de reperienda viba cogites.  
Quid quidem confluxim nec mihi facile probatur, nec opinor  
pro tua prudentia tibi probatum iri. Quis est enim tam ignarus  
tuum estimatur, tam leuis, qui cum quieti & honesto orio flo  
rem & amplissimum locum posthabuerit, mox euerfe  
vibis rebusque perditissimis, otium cum dignitate posthabeat?  
Nolnbi ea commēmorare, que vulganiūm mouent, amissi  
le noī hominum frequentiam, splendorem, patentem omnibus  
foras campum: quibus omnibus (vt rute sapientissimè ad me  
senior) vilius est carere, quam abundare. Illud vaui quod per  
magis ipse semper estimasti, non præteribo: amississe nos erudi  
torum virorum iocundissimam confertitudinem: qua sic care  
mos, reuixi vnu aut alterum inuenerim, qui cum Latinè in La  
tio loqui possem. Omnes enim fere aut naufragio ille perie  
runt, aut tempestate compulsi sunt in longinquas oras, mentio  
nemque ipsam Vrbis haud immixto reformidant. Superest ta  
mea ex fidelibus nostris Sauinorum Princeps, illo codem vul  
tu, atque animo, quo iam pridem fuit. Quem cùm forte offens  
tum in via hilarem, & non minus curis dispoliatum, quam for  
tunis:

tunis: contineare risum non potui tanto in luctu & squalore captatis. Utinam, inquit, cum philosopho ambulasse. Hilarius miles tractauit me pessimè. Hæc habui, quæ ad te confidim ferberem. Nam pueri tui mihi denuntiarunt, proxima nocte eorum hominem in prouinciam istam discessurum. Clemens Pontifex Max. è morbo tandem conualuit. Quotidie in ore haber diuinum consilium tuum, de profectione ad Cæsarem, & de pars publica: quo quidem consilio si integris rebus vius fuisset, non laboraremus. Cura ut valeas: & Paulo fratri filio meis veo plurimam dic salutem. Vale iterum, & me ut facias am. Roma XV. Calend. Aprilis. M. D. XXIX.

## VIII.

I A C. S A D O L E T V S E P I S C. C A R P.  
Hieronymo Nigro S. P. D.

**N**ON mediocriter delectauerunt me literæ tuæ Idibus Apri lis data, quas ego ad XI. Calend. Junij accepi. Nam & moris tui erga me, virtutù illud quidem, sed tamen temperoperatum, & mihi incundum testimonium attulerunt: & multa viri rem effecerunt, de quibus audire antea auebam. Imprimisque statu tuo, & quo quod animo pacato & parato ad amplectendum otium es, & tibi valde gratulor, & agnoeo moderationem tuam: qui in illis fluctibus ne iactaris, ut fortunæ quidem mactcas, vel obsecundes potius, quando in alium fidum procedes: idq; non tam iudicio tuo ab initio, quām vi quadam & tempestate: veruntamen portum semper ex illis speces, & rūm magis ac tenuem, quām periculis copiisque coniunctam fedem iampridem expertas futuramar tuarum: nihilque tantopere cipias, quam toto animo vacare studis honestissimi. Que voluntas docto & libero homine digna, si semper laudi fuit optimis etiam temporibus, quid censes perditis? neque eò dico, quid em in qua nunc versaris, vita rationem esse improbandam purem: sed ut hanc illi multò anteponam quatenus ea falso officio possit suscipi. Sed ut libera virtus deligere id quod est optimum ita occupatae arque constrictæ consolari se ipse bona. Quod nū cūm facis, nō paruam iam nunc obtimes eius tranquillans patrem, ad quam totus propensus es. A Bembo meo accepérām interras paulò ante quam ad me efflent allatae tue. In his de illo fenus consulto, & de sūcepto onere conferbendiri re Venetorum gestas multa mentio. Sed ut ipse rem arbitretur fore magni laboris, ut quæ delata inopinanti fit, neque vñquam antea in illa meditatione cura q; verlato: gaudeo factum esse indicium fidei honorificum ipsius dignitatis eximiae q; virtutis. Nunquam enim

profecitā ciuitatis illa aeternam suorum monumentorum memoriam illi commendasset, nisi summi viri ingenio, atq; eloquentia, quod laudes illustiores futuras iudicauisset. De Leonis comple factum. Optimū virum & doctissimum amissimus: quem egom ab aliis merito illius plurimum: neq; vix quam viderā hominem, nisi quodd virtus, eximia præsternit, nunquam non cuius nostrum confecta est. Quamobrem doleamus nostra id quidem magis, quam ipsius causa: qui, ut scribis ipse, ad certam & veram vitam immortalitatem iam translatus est. Verum nostro quoq; doloris etes fuerit solatio, quod expressam habemus imaginem præfissimi viri in eis libris, quos ipse & plureis & scriptos egredi reliquit. Hi illi nobis referent, neque eum lugeri patientur pro mortuo. Lazarum tradere Patauij optimarum artium doctrinam iuuenit, nec sciu anteā, & nunc cognoscet aetor. Dederam ego ad eum bis tereue literas, neq; illum ab eo responsum. Quod mirabar, & quidem usque eō, ut de illo nescio quid timebam. Nunc video causam hanc aduersus me silentij, quod cum desipali illi plus fatis colloquendū est. Evidenter hominis eruditissimi, & mihi coniunctissimi, omni honore & commido plenum lexor: sed tamen me illi rotum effluere ex animo, etiam moleste fero. Tu illi à me plurimam salutem. Quod Psalmum meum probas, grati mihi. Ego perfecte Hortenio, in quo quidem nunc elaboro, si tamē ut perficiam magnitudine rei patietur, totū me datus sum ad sacras literas. In quibus & animi nostrā voluntas plenior multò est, & ceteris uelitas paratior. Tu ueritas, & nos perpetuō diligas, vereresque nostros necessarios fatulos meis verbis, si qui in urbe Roma reliqui iam sunt, imprimis a tempo. Vale. Carpenteracti, III. Nonas Iunij, M. D. XXXL.

## IX.

## IAC. SADOLETVS EPISC. CARPENT.

Hieronymo Nigro S. P. D.

Hiliebus, cùm minus commoda valetudine uiter, dedi Hægatum Paulo, ut scriberet ad te de eis rebus quarum & me & tua intererat, te fieri certiore. Quod ab illo factum diligenter fuisse nō dubito. Nunc noua re oblatā, in qua tua opera mihi expectanda esset, starui has ad te rufus scribere: petere que promissa nostra benevolentia, ut quod imprimis cupio opto: quod tamē ipsiū non ad meum illum priuatum commodum, sed ad officiū nostrī dunt taxat & munera functionem pertinet: in eo affectando & operari mihi tuam, & studium præbere velles. Reiporro ipsa sic le haber. Quo tempore veni mi Niger in hanc prouaciam, non ut peregrinaturus in ea, sed ut domicilium

virg

virtute constitutus: hominum quidem horum virtutem, manifeste  
 diarem, comitatatem, probauit statim ex initio, amareque occu-  
 animumque induxi, ut quod mihi necessariò per leges & religio-  
 nem faciendum esset, id etiam à me prolixè libenterque factum  
 hoc est; vt his sciem quam maximè studio benevolentiaque co-  
 iunctus. Sed inter multa qua mihi erant voluntati & delectationi  
 illud unum agro animo ferebam, quod nullam in his mat-  
 ribus bonarum literarum cognitionem, nullum inesse studium  
 optimarum artium videbam. Nec verò id facile ego par-  
 ram: vt cùm à me mei ratio postularer officij, vt quacunque  
 possem, populis meis commodarem: eorum adeo rerum, qua  
 benè ac beatè viendum pertinerent, hanc vim rem facilius  
 finire, in qua (vt mihi quidem videtur) vel beata precipua  
 ta continetur. Itaq; quoad potui, hortando, rogando, com-  
 muni-  
 nificiendo, aliquos tandem induxi, vt flos cupiant liberos en-  
 diri his literis, quas nos appellamus optimas. Nam antea mul-  
 erat hic arti nequa scientia quicquam loci, nisi iuriis cuiuslibet per-  
 tiae: que experebatur ab omnibus, non vt discerent homines  
 vivere liberaliter, sed vt lucro & arce consulerent. Nunc vides  
 tur in animis aliquorum eiusmodi feminae esse iacta, vt si de  
 cotoris copia & facultas, ingenuas illas artes & disciplinas, qui  
 nos eo vehementius probare soliti sumus, quod animos illi de-  
 cent ac institutum non deseruire pecunias, sed ab omni illiusmodi  
 cupiditate, vel labore potius solutos esse, in honorem adduci possi-  
 confidamus. Quanquam rei eventus in nostra potestate non est  
 exemplum certe introducere, & ordiri principium aliquod, in  
 busque bonis nec opera, nec studio, nec autoritate deesse, homo-  
 nis est non sibi vni, sed & patriæ, ciuibus, & communis cunctorum  
 utilitati seruientis: quam nos imprimis rationem vita voluntate  
 que instituimus sequi. Est autem in ciuitate haec conuenientia  
 quidam monachorum, quorum rector maxime cupiditate ha-  
 incensus est: Gracasi: & Latinas literas cupit in familia sua pro-  
 pagari. Idemq; viuieræ prouincia Narbonensis præfci reliquo  
 ordinis sui conuentibus: vt videatur huius præclaris amotis  
 mulos in plures cœtus hominum esse disseminatur. Sed (ut  
 dixi) magister nobis deest & auctor, & iuentum quasi quidam  
 moderator, huc idoneus muneri: quem si nanciceremus pro-  
 forct, aspirante nostris conatibus Deo, aliqua hic quoque em-  
 tatum iri ingenia, que ad nobilissimarum artium adipicendam  
 laudem egregie apta existerent. Hunc nos magistrū & doctorem  
 à vobis querimus. Habetis enim istuc (vt ego arbitror) talium  
 rerum copiam. Sed cum esse huiusmodi oportaret, qui medi-  
 cribus rebus posset esse cōtentus. Nam ne nos quidem in opere  
 do admodū infanimus. Si Gracas nouerit probé literas, Latina  
 autem

autem mediocriter: ita tamen, ut virtus orationis promptè disceretur habeatque docendi, & instituendi planam ac facilem rationem, potius eo nos esse contenti. Merces sanè illi à nobis perducatur, aurei nummi quotannis sexaginta: vietumque & tecum commode ut habeat curabitur, ad candem videlicet modumdemocratiam. Nunc cùm videoas mihi Niger quantæ haec mihi cure res sit, & quād sit recta & honesta ratio huius confit mei: pero at pro nostra summa coniunctione, ut cu ram & cognitionem aliquam suscipias, quo huic rectissimo studio nostrarum farras: aliquemque nobis inuenire studeas, qui sustinet patres hac in re amoris & pietatis erga hocce populos nostrorum, meaque optimam in meos voluntatem ipse re explicat. Quid libet quam videri fieri, ut hi quos charitate nimirum Christianum in filiorum loco diligo, seculentur eas artes, quæ liberales sunt; ancantique ab omni fordia & inquinata cupiditate habentia regi illi (crede mihi) cuiuscunque opera hoc afferuant, plati me obstruum, & in perpetuum obligatum esse profitebor: omniisque studio diligentiaque curabo, ut suum is huiusmodi officium non male à te postrum sit iudicaturus. Hac eadem de rei Lazarum nostrum appelles, cùm eoque accurate colloquere velim: et te peto: mihi que ut primo quoque tempore recessisti. Vale mihi Niger, & Bembio meo, summo viro, plurimani salutem verbis meis dñe. Carpenteriæ, IV. Nonas Maij. M. D.XXXIII.

## X.

## IAC. SADOLETVS EPISC. CARP.

Hieronymo Nigro S.P.D.

**L**eet literas tuas, ad Paulum quas misisti, in quibus amor tuus pristinus erga me se ostendit: nouus ille quidem mihi nuncquam, sed tamen semper & optatus, & dulcis: quem & feci, & finge mihi Niger plurimi. Salus ad me per te missa a veteribus amicis, mihi iucundissima fuit. Nec quicquam est omnium rerum quod libenter faciam quam vimpare crebro memoriam eorum, quos charissime semper constantissimeque dixerim, Esini, Coloni, Petraductæ, Thebaldæ, Blois nostri, etiam Savoia turisti hominis, quem audie magnis de Republica occupatio- nibus impeditum, quotidie minus se vobis fruendum præbere posse, te vero mihi Niger amo ut debeo, abs teque peto, ut eos amicos à me refutales, quos modò nominauim, & omnes præterea reliquos, quos antiquæ académie esse cognoueris. Contarentur paroniam tuum non amo solum, sed etiam veneror: & cùm hoc tribuo, ut neminem illi in optimatum artium cognitione praæ-

N.

ponamus

ponam: tum verò Deum immortalem, diuusque omnes co-  
stans, sic planè statuo, nec meliorem virum, nec sanctiori  
minem, nec amantiorē veritatis, pietatis, sinceritatis, reputa-  
quempiam posse. Itaque tanto & amore & cultu illius pro-  
quor, quantum tantarum & tam præstantiarum vi. turum cui  
Ientia postulat. Me ad concilium affuturum esse, si habebim  
dubitare potes: Quangquam enim magno mihi ex etate  
commode: tamen dare operam Deo, & utilius honoris accep-  
tione deferire, quantum quidem in me erit, ita mihi confutum  
etiam si sit vita mihi in illo opere profundenda, mecum pa-  
clare in actum purem. Tu vale, & nos am, tibique perfuse,  
vicissim a me singulariter amari. Ex hortis nostris suburbani  
IV. Nonas Junij, M.D.XXXV.

X L

HIERONYMVS NIGER IACOBO  
Sadoleto Episc. Carpent. S. P. D.

**E**T si pudet me post diurnam cessationem nunc ad te  
Ebere: tamen non dubito, quin pro tua in amore confian-  
tia ( si qua fuit) negligenter benignus interpres sis fuisse.  
Præfertim cum nihil esset priuati quod scriberem: publicaver-  
omnia copiosè ab aliis ad te perferiri non ignorarem. Nunca  
tem cum decretum ex vobis discedere: te, quem omnium co-  
siliorum meorum, non modò confidimus, sed auctorē etiam se-  
per esse volui, fas est profecitionis meæ causas, rationesq; cogi-  
scere. Nec vero, ne nos consilium tibi proberur nicum en-  
me semper non solum monitis, verum etiam exemplo ad qua-  
tem & otium inuitaris: quicq; ex exercitu meo instituto intellige-  
me noa opum, aut honorum cupiditate, sed officio ac benevolen-  
tia ad virbum suisse reuocarum. Cui quidem officio ac fidei  
cum iam sati factū à me fuerit, viderer planè despere, iniquum  
reliquum est exortis, mihi ipsi, hoc est meis studiis darem. Quan-  
obrem confitum habeo ad Calendas Maias Parauum pro-  
cisci, nactus opportunam occasionem, quod eodem tempore  
Cornelius meus Brixianorū Pontifex exire in provinciam fa-  
c̄s̄iuit. Erit autem octolium illud meum, tui ictius venientibus  
aut simulacrum quoddam: quod tu in oris iphis pacatissimum, em-  
vacuum molleflia, celēstē pene in terris viram agis: mihi nebulos  
maximo futura impedimentoa sunt. Mitto rei familitas angu-  
stias, quam eti contempsi semper, tamen labores mei arquebū-  
cia paulò exquiorem facere debuissent. In quo mihi tempore in-  
quitas est accusanda: ne quid in eos grauius dicam, qui ea in  
tione posse me perpetuis laboribus implicant, argue ab ono-

ambitionem transferre cogitarunt. Quod me vehementer vrges, impensis est rei domesticae cura. Viuit enim adhuc quidem patris, sed extrema iam aetate: forores habeo domi nubiles: fratres eximi sunt omnes, praeter eum quem iamdiu in Cypri insula degener, nostri oblitum, recte postulumus inter mortuos connuicere. Itaq; mihi vni apprimae ad otium & tranquillitatem nato, qui ad hoc tempus in aliorum fedulitate ac diligenter conquieui, gratissimum iam onus gubernanda familię subeundum est: spesque illa mea recum viuendi, quod maximè optabam, in aliud tempus retinenda. Sum haec quidem magna incommoda, & a meo valde aliena confitudo. Sed ea omnia vere laudis atq; virtutis amor facit letura. Quin maior mihi proposita est gloria, si tot circumfulsi molestus, in eum locum peruenero, in quem multi abundantes orio, atq; fortunis, peruenire minimè potuerunt. Quod an aliquando aliceturus sim, haud satis compertum habeo. Enitetur, Deo hominibusq; bene iuvantibus. Proficisci enim eo, vbi liebit veterum amicorum, doctissimorumque virorum peccati confusione. Quae quanti in studiis nostris momenti sit, tuumque omnium nostri. Habetibus illic Bembum, Lazarum, Lampidium, Pierium, bone Deus, quo iudicio, qua eruditione homines? Nee dubitamus, quin & alios in dies habituri sumus, penitus terreni urbanarum, atque huius urbis miserrimi status. Tene velim, qua confuseti fide ac religione, nostram inter nos amicorum queraris. Et quemadmodum ego te semper absentem oculisq; animo requiram, ita tu benevolentia in te mea memoriem apud te interire ne patiaris. Quod equidem adscribo, bonum, sed ut amans. Literas tuas ad Petrum Bembum, quamibi dedit Antonius, reddam diligenter: multamque illi, ac ceteris amicis salutem dicam tuis verbis. Illic otiosus plura ad te, literisq; ad Antonium, aut Binum mittam. Idem ipse si facies, et mihi quam gratissimum, atque vt facias oro. Vale omnium qui tuis, qui fuerunt, qui futuri sunt beatissimi. Valere eriam volo Paulum à quo literas accipere opto. Romæ. IV. Calend. Maij. M.D.XXXII.

## XII.

JACOB. SADOLET. EPISC. CARPENT.  
Ludevico Pariseo iuniori S.P.D.

**L**e*ti* tuum carmen: idque mirificè probauit: est enim quartum ego possum iudicare, cùm doctum & elegans, tum quo in genere olevis, cius generis numeris omnibus absolutum. Sed eiusopus argumentum carminis aliquandiu me suspensum, atque a principio animi tenuit: dum uequrem faris conjectura per-

N 2 spic.

spicere, quid tu in illo tibi propositum habuisses. Nam frumentum & cultum reprehendis orationis, eosque obiurgas, quod estis verbis, grauibusque sententias sua sensa exprimunt, siquuntur, vel quae ab iphs emituntur, prōdeant imitatores: cum bi laqueum tendis, tute ipse te implicas: cos enim accusantes qui studium & operam poliendo orationi dant, non decuit ipsi politè & disertè loqui. Quod si ego is essem, qui mihi hanc elegantiam adscicerem: responderem tibi id quod verissimum est, debere nos partus eos quos gigimus, optare nati quoniam perfectissimos: nihil earum desiderantes retum, qua ad voluntatem & ad decorum, corpore, animo, vita continetur. Hocque non solùm in filiorum sōbole corporea, sed in ultro etiam in fortibus ingenij natura nobis esse dicrem insitum: neque quam naturalem hanc in nobis cupiditatem iure finire a quo quam ut virtutem obiecam, quae non ad populariem famam primi & maximi, sed ad explorionem naturæ spicere atque pertinere. Sed quoniam meum negotium non agitur, viderint alii. Ego illud pro ætate & consuetudine mea non iniurio admouere, ne te ab illa ratione falli sinas, que tibi forrasse bona via est: quidem existimas ita esse, vt scribis, nitorem, & copiam sermonis, veritati fucum & falso colorum obducere. Non enim ita se res habet. Nec qui in facies literis disertius explanandi a uigilant, ciuismodi prouinciam sucipiunt, ut pareatiam rem tem, quæ ex diuina legis oraculis aperte & perspicue super lucida est, neque egret ad demonstrandum ingenio aut interpretatione cuiusquam. Sed refrigeratos iampridem mortalium ammos, ad pietatis studia rursus capessenda monitis & cohortanibus suis conantur accedere: quod sine vi aliqua discordie borum grandium, & aptè significantium copia, commende fieri non potest. Quare meum iudicium est, & sem per suu, non foli licere Christiano homini, verum etiam conuenire, atque adeo opus esse, si suo is ritè officio fungi velit, excoleat orationem, quæ legentibus magis profutura sit, & magnifica praepotens Dei opera uberior explicatura: laudemque ab hominibus (quod modò princeps ipsa spectata non sit, eaque nobiscum via Deum referatur) tanquam accessionem quandam non penitus aspernandam esse. Quod ego te quia facere mihi vifus es, videte ad scriendum accurate & subtiliter, & collaudo munus quidem, & in posterum quoque in eo vt perfueres, vehementer horror. Vale. Carpent. XVII. Calend. Decemb. M. D. XXXIV.